MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)
Melk, um 1470 Seite 264v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



et pie prudentes: et in predicatione
sermonum eius ueneriabantur etiam que
non capiebant. et in confessionibus suis
licet ad nouum stuperent auditum.
eo quod seminarium quoddam despe
rationis preferre uideretur infirmis.
tamen iuxta sententiam beati iob.
nefas putabant contradicere sermo
nibus sancti. non excusantes sed accu
santes infirmitatem suam in conspec
tu hominis dei. in quo nemo ui
uens iustificari potest in conspectu
dei. Vnde factum est. ut fieret
magistra magistri. pia humilitas
discipulorum. Cum enim ad nutum
arguentis humiliarentur qui argu
ebantur. cepit etiam spiritali magi
stro ad usus fratres humiles et sub
iectos zelus suus esse suspectus. in
tantum ut ipse iam potius accusaret
ignorantiam suam. et defleret ne
cessitatem. quod silere non liceret cum
nesciret loqui. quod non tam alta ad
homines quam indigna hominibus
loquendo lederet conscientias au
ditorum. in quod tam scrupulose perfecti
onem a fratribus simplicibus exigebat.
in quo se nondum inueniret ipse
perfectum. Cogitabat namque eos
multo meliora et uiciniora salu
ti sue in silencio suo meditari
quam ab ipso audirent. deuocius
et efficacius salutem suam operari
quam ex eius exemplo acciperent.
ex predicatione uero eius scandali
hari potius quam aliquid concipe
edificationis. Cumque super hoc ue
hementius conturbaretur et contristare
tur. et diuerse cogitationes ascende
rent in cor eius. post multos co

gitationum fluctus et cruciatus cordis.
decreuit ab omnibus exterioribus
ad interiora sua recolligere se:
ibi in solitudine cordis et secreto
silencii continere et prestolari dominum.
donec quocumque modo misericordie sue super
hoc ei suam reuelaret uoluntatem.
Nec distulit misericordia dei auxilium in
tempore oportuno. Paucis siquidem
euolutis diebus uidit in uisu noctis
puerum cum claritate quadam di
uina astantem sibi. et magna auc
toritate precipientem fiducialiter loqui
quicquid ei suggereret. uel apertione oris
sui. quomodo non ipse esset qui loqueretur.
sed spiritus sanctus qui loqueretur in eo.
Et extunc manifestius in eo et per
eum loquens spiritus sanctus. et sermonem
ei potenciorem. et sensum in scripturis
abundanciorem suggerens in aperti
one oris eius. apud auditores quo
que gratiam ei addidit: et auctorita
tem et intellectum super egenum et pau
perem. peccatorem penitentem et ue
nia postulantem.

Cumque
iam aliquatenus didicisset
inter homines conuersari. et
humana agere et tolerare. iamque
inter fratres suos et cum eis inciperet
frui fructibus conuersionis sue. pater
quoque qui solus domi remanse
rat. ueniens ad filios suos. appo
situs est ad eos. Qui cum aliquantum
tempus ibi fecisset. obiit in senectu
te bona. Soror quoque eorum in seculo
nupta et seculo dedita. cum in diui
ciis et deliciis seculi periclitaretur. tan
dem aliquando inspirauit ei deus
ut fratres suos uisitaret. Cumque ue
nisset quasi uisura ueneriabilem